



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.22. Fecit hoc miraculum Christus, volens illud de SS. Sacramento publicare, vt eßet velut arcus suus, fuitq[ue] verè in tredecim circumstantijs notatu dignißimis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

ciunt, lactura fiat & collectio, ne quid deperdat-
tur, ne quid impendio et n'umatur: Colligite, quae
superauerunt fragmenta ne pereant. Sicut Salua-
tor quaedam confert beneficia, vt per illa ad a-
lia disponat maiora, sic per hoc beneficium, tur-
ba huic communicauit aliud longè præcellen-
tius, cognitionem scilicet suae diuinæ personæ:
quocirca illum voce publica, vt verum Mes-
siam, regemque legitimum proclamauerunt. a eo
constanter, vt reiecto Romanorum, Caesarisque
timore, cui directè videbantur contradicere, vo-
luerint illum in regem assumere, quod &
fecissent, si illis hoc Christus permisisset, a tamen
ab illis se subduxit, montemque petiit altissi-
mum.

§. 22. Fecit hoc miraculum Christus, volens il-
lud de SS. Sacramento publicare, vt esset
velut arcus suus, fuitq; verè in tredecim cir-
cumstantijs notatu dignissimis.

Multa licet circa hoc miraculum expen-
derimus, superest tamen supremum &
maximè singulare, nimirum intentio,
quam Christus habuit hoc faciendo, videlicet
quia praemittere voluit expressum symbolum
omnium suorum supremi miraculi, quod erat
venerabilis institutio Sacramenti, quam vocat

D. Tho. D. Thomas Miraculorum ab ipso factorum maxi-
mum. Exaggerat D. Chrysol. modum agendi
Ad epr.

Dei nobiscum prorsus suauem: sicut enim ille,
qui desiderat, vt alter locum ascendat altio-
rem, illi scalam erigit, in quibus pedem figendo, possit
alterum in locum illum attollere sublimiorem:
similiter, quando patrare vult miraculum, om-
nino singulare, atque præcellsum adeo, vt eo ne-
queat noster intellectus ascendere, patrat aliud
minus in conspectu nostro, quatenus illi oculos
V. insigendò se possit intellectus ad aliud atcolle-
re sublimius. Accedit Propheta Samuel, & ex
præcepto Dei vocat Saulem iuuenem, terræ fi-
lium, officio vilem; erat quippe mulio vel agasos;
II. & oleo inungit, dicens: noueris te populo huic
præfectum in regem. Obsupefcit ille ultra quã
credi potest, & visa sunt illi quasi deliramenta
verba hæc Prophetae, nec illis fidem adhibendã.
VI. Vt autem his fidem adhibeas, inquit Samuel:
intranti te ciuitatem chorus occurret Prophe-
tarum, & sociatus illis, prophetabis vt vnus
ex illis, & in vtrum mutaberis alterum: ete-
nim cogitationes tuæ non erunt de iumentis
sicut hætenus, sed de rebus celsioribus atque

I. Fuit hoc
miraculũ
forma V.
Sacra-
menti.
II. Similitu-
do.

I. Reg. 10.
6.

regio viro conuenientibus.

Communis est illa notatio, quam etiam pro-
sequitur D. Chryf. circa illi verba, quæ Gabriel Ho. 17. in
Angelus dixit Virg. Mariæ purissimæ, quando Gen.
legatione functus fuisset, quam illi ex Dei nomi-
ne deferebat, ipsaque respondebat: Quomodo fiet
istud? Inter alia dixit & illud: Et ecce Elisabeth Luc. 1. 36.

cognata tua, & ipsa concepit filium, &c. quia non
erit impossibile quod Deum omne verbum. Trinita
verbum, ecce. Publicè nota est. Domina, cogna-
tae tuae sterilitas, & senectus amosa nihilominus
liquido eam videbis iam à sex mensibus vterum
gerere præg: autem: Miraculum hoc, quod mul-
lier ætate grauis, sterilitaque concipiat, gradum Ab vno
faciat, vt intelligatur, quod puella concepit Vir-
go permanens. Neminem laetè id, quod Chri-
stus cum Indæis egit, nam vt eorum dispone-
ret intellectum quatenus crederent, quod pote-
statem haberet animas liberandi, fe-
cit hoc, vt oculis testibus viderent, quod pote-
statem haberet corpora curandi ab infirmitati-
bus: vnde cum ante se haberet paralyticum, cui
dixerat: Fili, restituntur tibi peccata tua: quia
hoc illi non capiebant, imo contra blaphemiam
esse reprehendebant, dixit: Vt scias, quia filius
hominis habet in terra potestatem dimittendi pec-
cata, tunc ait paralytico: surge tolle lectum tuum,
& vade in domum tuam.

III. Ab vno
minore
scanditur
ad maius:
Matt. 6. 9.

Hoc est, inquit Chrysologus quod docuit IV.
nos Apostolus, qualiter fidei nostræ mysteriosa A Visibi-
sint excipienda miracula; non a tendendo in il-
libus ad
lis solummodo & simpliciter id quod supersti-
cialiter offeritur rationi; hoc quippe conuenit a-
lia scan-
dentalibus, quæ tantummodo sensibus vtuntur. dendum.
sed aliis alia conferendi, & ex ijs, quæ carnis
oculis spectamus intellectum ascendendo diuino
collustrati lumine ad ea, quæ tantum n. entis
acie possunt comprehendì, spiritualibus spiri-
ritualia comparantes, id est quædam clariora 13.
& euidentiora comparantes ijs, quæ profun-
dioris sunt intelligentiæ. Vult igitur Chri-
stus supremum patrare miraculum, quod cæte-
ris omnibus palmam eriperet, & in quo cõpre-
henderet omnia, quoniam suam sapientiam &
omnipotentiam, scilicet sanctissimæ conuini-
Eucharistiæ, de quo à pluribus annis præceci-
nerat. Dauid: Memoriam fecit mirabilium suorum,
misericos & miserator Dominus. Miraculum a-
deo profundum & mysticum, vt futurum esset
superbis audacibusque cloaca ingenis, & maxi-
mæ difficultatis ad credendũ ipsis etiam inuita-
tis. Vt igitur inciperet intellectus ad hoc præ-
parati voluit primò stupendum quoddam ac
prodigio-

1. Cor. 2.
P. 110. 4.

prodigiosum in eadem materia coniunxi exhibere mihi aculum, idque milleis & milleis oculis inspectantibus, ut dum hoc considerant, & quasi gradum velut in scalis figunt, posset eorum intellectus ad illius excellentiam magnitudinemque ascendere.

80 Processit in eo Dominus velut sapiens architectus, qui erigere conatus, alium propyleum, velut quaedam primo substituit fornices, & licet inferioris qualitate ac substantiæ, magni tamen artificij, super quas arcum erigit, gradusque consolidat. Inlittere vult SS. Sacramentum, quod porta quadam est cælorum eminentissima, nec huic inconueniens symbolum cum ipsum contineat Christum, qui de se

Ioan. 10. 9 tale perhibet testimonium: *Ego sum ostium.* Gradus est, per quem scandit anima ad diuinos obtinendos thesauros, eoque accedit ut ipsum Deum recipiat. Primo: quostam fundare vult arcus securos, illud nempe miraculum certo certius, cum in confesso factum sit infinitæ prope multitudinis: ut formam haberet, & imago fieret gradus ac portæ, quam erigere intendebat. Quocirca duo continet singularia. Primum, quod sit maximum, & primæ notæ inter ea quæ Christus operatus est, & ut tale vnum fuit ex illis quæ Sybillæ prædixerunt, ut

Li 1. e. 15. Ser. 20. de tem. aduertit Lactant. Firm. & Dni. Augustin. qui eius expendit magnitudinem, dicendo: quod vnum sit ex quatuor vnicè singularibus, quæ Dominus noster vno in die operatus est, nempe sexta Ianuarij ad personæ suæ manifestationem.

VI. Primum fuit immediatè post suam natiuitatem: quando seipsum illo die genibus in persona Regum orientis manifestauit, qui stellâ præniâ ducti Bethleem venerunt eum adoraturi. Secundum, triginta post annos, quando Redemptor noster annum agens trigésimum ad Iordanem accessit aquas: sanctificaturus ad Baptismum: idcirco venit eo baptizandus, suæque se manifestauit Baptista præcurso, medio illo prodigioso spectaculo, quo cæli aperti sunt, & super eum Spiritus S. in specie columbæ descendit & vox altisona Patris intonuit: *Hic est filius meus dilectus.* Tertium, quod anno sequenti ipso proprio die effecit, aquas in vinum ad nuptias in Cana Galilææ conuertendo: quo teste Evangelista, suis se Discipulis ibidem existentibus manifestauit. Quartum fuit, quod vltimo vitæ suæ patrauit anno, eodem pariter die quo suam declarare voluit potestatem ad mysterij

Matt. 13. 13 venerabilis Eucharistiæ preparationem, quod illico erat publicaturus, sicut illis ipsis dubitauit, postquam illud viderunt miraculum, quod in pane, pis. & bulque erat operatus: Verba Dni. Augustin. proferamus: *Proximo celebravimus se. D. Ave. suum Natiuitatis, &c. Hodie vero illud colit. Ser. 29. de mus, quo se Deus in homine virtutibus declarauit, ut p. qui pro eo quod in hac die, siue quod in celo stella ortus est primus sui uniuersum præbuit, siue quod in Cana Galilææ in de Epiph. consuetudo nuptialis aquam in vinum conuertit, siue Tom. 10. quod in Iordanis vndis aquas ad reparatorem generis humani suo Baptismo consecrauit, siue quod de quinque panibus quinque millia hominum satiauit. In quolibet horum saluus nostra mysteria continentur. Videtur hic D. Aug. sentire, quod illud miraculum eodem die, quo alia, factum sit sexta Ianuarij ut diximus, cum vltimum annum suæ prædicationis inchoaret.*

Diligens Cardinalis Baron. opinatur D. Aug. 1. Augustin. dicere voluisse quod omnia illa miracula, vno eodemque die facta sint, quia dies ille inquit à principio mundi celebris fuit, ex operi. D. Auer. bus iunioribus, quæ Deus illo die patralicè Ser. 134. perhibetur: hic etenim dies fuit, quo lucè creata de temp. nit, & in quo filij Israel mare rubrum, sicco vestigio transierunt, nec non in quo manna concessit illis de cælo suauissimi, &c. quod clarè satis ipse D. Augustin. declarauit: *Venerabilis est hic dies, qui Dominicus dies, & dies primus, atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux, in quo transgressi sunt filij Israel mare rubrum, sicco pedibus, & in quo pluit illis manna in deserto, & in quo Dominus baptizatus est in Iordane, quo vinum de aqua factum est in Cana Galilææ, quo benedixit Dominus quinque panes, & satiauit quinque millia hominum, in quo resurrexit Dominus à morte, quo intravit Dominus in domos clausas, ubi erant Discipuli congregati propter metum Iudeorum, in quo Spiritus S. descendit in Apostolos, & in quo speramus Dominum Iesum Christum ad iudicium venturum, & verum est, quod in eo loco hoc dicere voluerit D. Aug. & hoc dixit: sed in illo prior dixit euidenter, quod illa quatuor miracula facta sint eodem die, Card. Tolet. dicit, In r. 65. quod sit probabile, hoc intelligendo prout for. Ioan. nat, quod scilicet illud miraculum de panibus eodem die gestum sit, quo tria reliqua. Ego vero dico, quod hoc eo modo non sit intelligendum quia dicit Evangelista, quod Christus hoc ediderit signum, imminente iam Paschate, quod cum ad vltimum Martij vel in Aprilij celebraretur, haud potuit sexta fieri Ianuarij, sed opi-*

K 3

nor, quod loquatur de miraculis, quibus singulos
sue prædicationis annos solemniter inchoauit:
erant enim hæc ceteris eminentiora, eaque
mente facta, vt singulare quoddam, altumque
mysterium hominibus aperiret, quod & factum
est: nam omnino primo puerilis ætatis anno, quæ
exorsus est stupenda illa atque prodigiola Re-
gum adoratione, quæ fecit in cuiuslibet anni
sue prædicationis exordio, ita fuisse cognos-
cuntur.

¶ Tres enim dimidio computamus annos Chri-
sti prædicationis, vt prædixerat multo ante An-
gelus Daniel. Annum Christus ingreditur æta-
tis sue trigessimum, quo prodigium illud in
Iordane operatur, quo se Baptiste manifestan-
do, cepit & se mundo clarius aperire. Trigesi-
mi & primi anni exordium miraculo nuptia-
rum honorauit, seipsum discipulis manifestan-
do. Ad primam lucem anni trigessimi secundi
paralyticum ad piscinam mirifice solidauit in
Ierusalem coram non exigua populi multitu-
dine; ea intentione, vt per illud claram hominibus
sue personæ notitiam infunderet, declarans se
Dei filium esse naturalem, quod fecit sermone
factis protracto, quem instituit cum Iudæis hu-
ius occasione miraculi, & post illud in media
tate hanc eam de causa volens D. Ioannes distin-
ctè sermonem hunc describere, primo miracu-
lum illud debitis illi circumstantijs ornatim
enarrauit. Annum trigessimum tertium vt pote
celebriorem & vltimum hoc paupum miraculo
consecrauit, cui & finem imposte famosa illa
Lazari viuificatione: nam quia per illud paten-
ter se Dei esse filium ostendebat in eius recem
Iudæi, conspirarunt, quam etiam sunt executi:
Iud igitur, vt primicerium stare voluit eor-
um, quæ vltimo illo vitæ anno agenda conce-
perat: cum enim diebus annis precedentibus
verbi prædicationi grauius militasset publican-
do, & detegendo de sua persona mysteria pro-
fundissima, reseruauit sanctissimi Sacramenti pu-
blicationem huic anno tertio, & vltimæ vitæ pe-
riodo: vt sic in opere postremum vitæ sue fuit,
esset pariter sue prædicationis & publicationis
vltimum.

Secundum: quod continet hoc miraculum,
vt fornic scilicet eius quod erigere contende-
bat SS. Sacramenti exemplar hoc est, quod
Christus eam hoc signa, formaque disposuit,
qua illud agere disponebat. Ita vt illud ipsdem
edidit circumstantijs, quas & huic præuidebat
debere interuenire. Hinc elicit D. Chrysostom.

Ho. 41. in
Ioan.

causam legitimam ob quam Ioannes Euangeli-
sta, cum iam illud de industria, & omnibus suis
distinctum circumstantijs alij tres enarrau-
it Euangelistæ idem tam amplè, nullisque omis-
sis ediderit circumstantijs: res, vt diximus, E-
uangelistæ insolita, qui per pauca scribit mira-
cula: nam præcipue conuabat doctrinam
Christi literarum tradere monumentis. Et
ratio est, quod sicut illam scribere voluit quam
Christus prædicauit publicando SS. Eucharis-
tiæ Sacramentum ab illo mox instituendum,
sicut illud ipse solus particulariter exposuit, to-
to sexto capite, ita tamquam principium hoc
voluit collocare miraculum, quod Christus vel-
ut arcum statuit eius, quod statim & publicare
volebat, & de facto publicauit. Quod si, suppo-
sito etiam hoc miraculo durum valde vitium
fuerit auditorijs, id quod illis indicabat, in-
deque dixerunt: *Durus est me sermo & quis potest Ioan. 6. 61*
eum audire. Tantamque illis mouerit difficulta-
tem, vt nonnulli, qui Christo adhærere statur-
ant, classemque ipsius sectari, illo audito terga
verterint, abeuntisque Magistro valedixerunt:
quid agerent, si non supposuisset illi stupendum
adeo miraculum in tantæ confusu multitudi-
nis? Hac igitur de causa ita D. Ioannes, sicut
alij tres Euangelistæ referunt illud omnibus suis
circumstantijs eleganter expositum, quæ mira-
culo sanctissimi Sacramenti ab ipso instituendi
perbellè contemebant: & licet illæ plures sint,
tude in tantum nostro congruas in cento per-
pendemus.

Prima huius miraculi circumstantia celsitu-
dinis ea est, quod illud Dominus fecerit nulla
fide viua præ intena, quæ ad hoc requireba-
tur: vt enim huius pefectus innotescere, inter-
rogauit Philippum, qui respondens illi patiter
que D. Andreas modicam fidem suam esse pro-
diderunt. Aduertit autem D. Lucius quod ceteri
Apostoli eodem modo responderint, ostenden-
tes se omnes illa vacillare. Signa nulla Domi-
nus operabatur, nisi præ oppoñta fide, & secun-
dum illam, vt diximus, ita vt, vbi hæc defi-
ciebat, videtur, quod se admiracula patran-
ta ostenderet impotentem, ea phra si qua dixi-
mus: & nihil ita eorum opus, quam fidei defe-
ctus, impediebat: vnde habemus illud, quod
Dominus Martiæ dixit, iam iam fratrem eius
resuscitaturus: dum enim præcipit perire monu-
mentum, illaque diceret: *Dominus iam factus Ioan. 11. 40*
est. Respondit illi Dominus: *Nonne dixi tibi*
hoc, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?
q. d.

q. d. perpende, quod tua miraculo obset incredulitas, neam que impedit potentiam: crede, & magna videris que operor ad gloria Dei manifestationem.

Hoc quoque panum miraculum ab illo præceteris commendatur, quod ad eius patriarorem, cum illo nullus si excellens, non tantum nulla fuerit fides in hominibus inuenta præclarior, sed insuper voluerit, ut eius defectus in suis pateret Apostolis: quocirca, in fallor, turris fuit altior, nulli nisi iuxta fundamentum: nam miraculorum basis fides erat, quæ hic defectu eo modo, quo prædiximus: quinimo idcirco illud facturus, oculos suos Saluator in cælum subleuauit. Quando alia edidit signa illos coniecit in fidem eorum, cui signa postulabant, ut antea probauimus. Illos vult: hic in fidem conijcere mortalium: tamen inuenit illam ambiguum: quare oculos attollit, erigitque in cælum, q. d. miraculum ex mera patraudum est misericordia, quæ me de cælis in terram attraxit: velle namque videtur dicere, quod alia occasione dixit per Ezechielem: *Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum.*

Exe. 36.
22.

Secunda circumstantia est, quod factum sit hoc miraculum circa festum Paschatis: Proximum erat Pascha dies festus Iudæorum. Tertia, quod panem illum non creauerit, in quo & per quem operari volebat miraculum, sed sumpsit illum in terra pistum. Quarta, quod quinque fecerit, quæ singulariter adnotantur Evangelista: quod panem sacrosanctis suis sumpsit manibus: quod illis assumptis aspexerit in cælum, quod gratias egerit, quod panes benedixerit, quod frægens illos distribuerit Discipulis. Quinta, cum panis esset hordeaceus, alio modo transmutari illum, virtutem illi tribuens diuinam adeo, & propriam naturam superaret: ut in se manens, & superficialiter, & ad oculum in forma panis hordeacei, consensum in se haberet cælestem quandam & inuisibilem suauitatem, ita diuinam & supernaturalem, ut quicumque illum comederint integrè legantur esse satuari. Sexta, quod cum nullum præberet potum, nullus tamen defectus fuerit in conuiuio: quia Saluator eo modo præparauit panem, ut in se virtutem potus coniuieret, quo non solum fami sed etiam siti perfectè satisfaceret, ut diximus. Septima, quod diuidens panem, illum dedit Apostolis, ministros illos huius conuiuij constituens: quatenus per eorum tantum manus &

de eorum manibus illum populus acciperet: crede autem quod eo modo factum sit illud, videntes illi populo panem, ipsi de eodem etiam comederint, qui non minus, quam isti fame vexabantur: quocirca illos Apostolis equiparauit, licet meritis impares, sed nec ab hoc ministerio Iudam exclusit proditorem, qui cum alijs æqualiter panem distribuebat, & in eius manibus, sicut in aliorum, mirabiliter augebatur: qui etiam ad hoc voluit Dominus, ut duodecim cophini superessent iuxta numerum duodenarium Apostolorum: ut liquido constaret, quandoquidem vnus vnusque partes essent reliquæ, dispar non esset ministerium, quantum ad opus, licet non quantum ad intentionem & charitatem qua ludas cæteris impar erat & inferior. Octaua, quod mandet Dominus, ut populus antequam illi cibum porrigeret, illud sciat, & se ad illum recipiendum rite disponat, discumbendo per contubernia super viride scænum hoc enim indicat iubendo: *Facite homines discumbere.* q. d. ut prælibauimus: præcipite turba, ut sedent, & se componant ad conuiuium. Nona, quod panem hunc tanta largitus sit munificencia: ut ex illo sumpsissent *Quantum volebant.* Decima, quod impleti sint & satuari, nec ultra quid appetierint etenim diuina virtus panis illi contributa ad hoc sufficiebat. Vndecima, quantumlibet comederint, tanta nihilominus vberitas superfluit, ut duodecim cophini complerentur. Duodecima, quod conuiuium hoc illis sensum aperuerit, quo Christum agnoscerent tanquam verum Messiam, Regem legitimum, cælique solique Dominum. Tertia decima, quod illo tam vigorosos fortisque reddiderit, ut ipso facto determinarint Christum in regem inaugurare, pro illo sanguinem vitamque profundere paratissimi, sicut venisimiliter hoc illis periculum imminere si propositi tenaces illud exequi conarentur, ea tamque de causa Romanis, illos Imperator occideret, qui hoc perferte dedignaretur, quod alius in illa regione Rex extolleretur.

Numquid huius miraculi circumstantias attendilli? Quis igitur sapiens non aduertit in illis delinatas eas esse, quæ in miraculo sanctissimi Sacramenti poscuntur interuenire? Illas omnes luce clarius inuere. Prima, quod ad huius institutionem Dominus si em, ut basim non præmiserit, sed nec in terra sufficientem repererit diuinitatem, immo potius tota illa consurrexit, ut crudeli Christi bello lacesseret, et

que.

que vitam adimeret, vt factum Timus, & nunquam minus tantum mundus beneficium recipere mereretur: hoc namque ponderat ipse Apoll. Paulus hic verbis: *Et Dominus quidem Iesus qui nocte tradebatur, accepit panem* &c. Secunda, quod signum illud fecerit eisea solemnitate Pasche: si namque de hoc dicit Ioaues: *Erat proximum Pascha*, de illo dicit *Ante diem festum Pascha*. Sicut ad rem trinitat Alcinus, quem refert D. Thom. Tertia, quod Dominus panem non creauerit, ex quo SS. Sacramenti coniuiuium instituit, sed panis fuerit pistus mambus estque hic eius materia necessaria: quod si verò fuerit hordeaceus, qui figurat, & fornicii seruiebat alter hic fuit & esset debet triticeus. hic enim legitima est huius materia Sacramenti. Comparatur in hoc Christus (inquit Origen.) D. Patriarchæ Isaac: primum etenim mirabile, quo fementis illis plurimum acceruit, factum est in hordeo, quod pro vno fructum retulit centesimum: & post illud ilico successit illud mirabile in fementis vitici abundantissima. Sic opinatur Origenes: quod in nostra vulgata legimus: *Inuenit in ipso anno centuplum*, vertunt Septuaginta *Centuplicatum hordeum*, sicque aduertit D. Hieron. Quarta: quod fecerit habens in manibus panem, eas ipsas quinque circumstantias ad hoc epulum, quas in ptiori præmiserat: eas enim specificè notauit Euangelistæ eodem ordine, ij demque verbis, quibus vititur Ecclesia: *Accipit panem, & eleuatis oculis in caelum gratias agens benedixit ac fregit, deditque Discipulis suis.*

Quinta: quod cum panis esset materialis, diuina illius verbis suis transubstantia: erit verè & propriè eius substantiam in eam, quæ sui corporis est transmutando, sub speciebus accidentalibus comprehendens totum esse, scilicet diuinitus personæ diuinitas: eo modo, vt oculis nostris velut panis obiectus integrum filij Dei corpus, animam, diuinitatem, gloriam, omnipotentiam, opes realiter vereque contineat. Sexta: quod licet solus videatur esse cibus, qui porrigitur, virtutem tamen, vicesque potus obtinet, quamuis enim Sacerdotibus, qui illud offerunt in altari, conueniat & necessarium sit, vt vtraque species cibi & potus su nau: sit tamen hoc ita, vt intelligas, tu qui species tantummodo sumis panis, coniuiuium non esse defectuosum, vt nonnulli docuerunt hæretici: nam continet hic cibus potus supplementum, quandoquidem non solum corpus, carumque contineat Christi, qui

tibi datur comedendus, sed etiam preciosissimum venarum ipsius sanguinem ad potum omni liqore saniore. Prorinde ne tibi persuaseris vllam, tibi fieri iniuriam, aut Sacramenti diminutionem, dum tibi romuli sub specie cibi ministratur: etenim tantum sub illa sola recipis, quantum sub vtraque Sacerdos offerens. Septima: quod missæ huius coniuiuij, soli sint Sacerdotes Apostolici, & Euangelici huius ministerio consecrati, prout prudenter S. Theologiae Coriphæus cecinit D. Thomas: *Sic sacrificium istud instituit, cuius officium committit voluit solis Presbyteris, quibus sic congruit vt sumant & dant ceteris.* Hoc autem amplius significat, quod omnes Sacerdotes consecrati pari vigeant, potestate, ratione ordinis ad huius mysterij operationem, licet quis Iudas sit, quodque tam veraciter illud bonus admittat Sacerdos quam maus: & quod in se tantam habeat diuinitas ille panis virtutem à Sacerdote receptus, qui meritis refert D. Petrum quantum ab illo, qui demeritis Iudæ perfido comparatur, licet quantum est ex parte ipsorum, multa sit notaque differentia, quâ modo nequimus explanare.

Oclaua: quod velit vt quicumque ad hoc accedit coniuiuium, præmonetur: etenim sicut in illo turbam disposuit iustique discumbere ad comedendum: ita similiter hic præparauit Apostolos eorum prius pedes abluendo, & desiderat vt intelligat, credatque iniuratus, quis sit ille, qui sibi porrigitur comedendus, & iuxta D. Pauli præceptum: *Probet autem seipsum homo* &c. *1. Cor. 11. sic de pane illo edat.* Nota: coniuiuium illud instituit, vt tantâ largiretur illud abundantia, quantum hoc habeas, possisque recipere quotiescunque volueris. Quocirca mentas inuenies Ecclesiæ ita redundantes, vt in singulis illud prouincijs, regnis, & ciuitatibus te gaudeas inuenire: completum videns Iocelis vatis oraculû: *Latinum in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Iocel. 23. D. Actorem Iustitiae &c. Et implebuntur aræ frumento.* Decima: quod hic cibus sit ille qui homines satiet, quicumque illum vt decet receperint: & illum recipiendo, de illis dici potest: *Impleti sunt:* quoniam in illo, & cum illo omnia Dei bona recipiunt, quibus eorum anima vberim adimpletur, & SS. virginis Prephetissæ vaticinium adimpletur: *Esurientes impleti bonis.* Luc. 1. 53. Undecima: quantumlibet comedatur, nunquam finitur, consumitur numquam, sed tantâ semper regurgitat abundantia, vt merito vereque de illo Cygnus ille celestis cecinerit D. Thomas.

2. Cor. 11. 25.
 Iuan. 13. 1.
 In Cat. Iuan. 6.
 Ho. 11. in Gen.
 Gen. 26. 12. Li. de bu. Hebraicis Gen.

D. Tho.

84

1. Cor. 11.

Luc. 1. 53.

Sumit

Sunt unus summi mille, quantum isti tantum ille nec sumptus consumitur. Duodecima: cum proprium sit cibo gravate caput, & intellectum obtenebrare, e contra hic illuminat: eo quod cum eo recipiatur ille, qui ipsa lux est gloriæ, agnus ille, quem vidit D. Ioannes qui totam Dei civitatem illuminat, idque tanta claritate, ut coram eo ipse solis fulgor tenebræ esse videatur, unde epithetum illi convenit quod Spiritus S. imposuit: Cibavit illum pane vite & intellectu. Tertia decima: quod animas fortificet, & illis virtutem, roburque concedat ad fidei impetritam confessionem, etiam coram omnibus fidei hostibus crudelissimis, qui propter confessionem illis vitam adimere moluntur, nec non ad omnes inferni superandas ridentisque potestates: ita ut de illo, qui panem hunc, ut par est, sumpsit, verificetur illud Sapientis:

Firmabitur in illo & non flebitur. Aperitur hic non campus varijs discubibus latissimus: nostris his finem imponamus, Christum imitantes: si namque ille, ut panem hunc in deserto concederet invitatis, vique alterum tribueret, quem in vltima cæna suis instituit fidelibus: primum oculos suos sursum in cælum elevarit, Patrique gratias retulerit: nos ut illum pro muneris obligatione debite recipiamus, eo nostros dirigamus animos attentius tam singularia recolentes beneficia, gratias illi referamus qui tanta nos alit vberitate, ditatque favoribus in utroque homine, illum ut Dominum nostrum, regemque confessi ac protelati, cui ut fideles eius, vitam hanc impendere debemus, illi per gratiam eius serviendo, quatenus illo in gloria beati perfruamur. Amen.

SUMMARIUM

HOMILIÆ VIGESIMÆ OCTAVÆ SEQUENTIS.

TPSVM Dei filium nobis Evangelista D. Ioannes describit per semetipsum, ac propria manu flagellantem: opus ut novum, ita mirabile, quod nos cogit Philosophari causas eius inquirendo. *a. & multæ sunt. a. §. 2.* Prima: quod velit incipere, timorem statuendo, omnis boni principium. *b. Secunda: quod intendat legem status evertere, ac docere, quod medium ad eius conservationem efficacissimum sit, Dei non perferre iniurias. c. Tertia: magnam hanc esse iniuriam, quæ Deo in domo sua propria irrogatur; quæ Templum est, omni reverentia multo nomine dignissimum. d. Quarta: quod in domo sua mercatum reiiciat, in qua, dando sua beneficia etiam gratis, illa plures dedignantur. e. Quinta: Zelosum se monstrat, & in Templo suo nulla permittit idola, quorum omnium maximum est pecunia, quam in eo reperit, in mensis, velut in altari collocatam. f. Fraternali non præmittit correptionem; est enim avaritiæ morbus incurabilis, licet verbera fuerint temperata misericordia. g. Denarios in terram abijcit, ut bonus iudex, & mensas evertit, nullus ut locus idolo remaneat. h. Flagellum quod ipse composuit, ex funibus fuit, quos illi contulerant: ex funibus enim nostrorum scelerum flagella conficit, quibus nos castigat. i. Equali cunctos flagello perfringit: cum sit in omnibus culpa æqualis. k. Optime dicit Evangelista, quod opus hoc, effectus zeli fuerit, quo cunctos oportet feruere, præcipue verò Principes. l. Hæc autem eorum fuit calamitas: quod flagellis cæsi gratiam minime retulerint. m. Signum postularunt, & signum dedit illis Dominus suæ resurrectionis. n.*

§. 1. Prodigium est à Christo assumi flagellum, Hieron. Bapt. de Lanuzza Tom. I. l. 1.

vnde de hoc nobis arseverius disputandum.

L

§. 2. Pro-